

## PALMES VI.

- L**ongum nimis foret, nec unius dissertationis labor, singulas, ubi vinearum mentio fit, leges excutere, qua propter aliqua, quæ de iis traduntur, *ὡς ἐν παρόδῳ καὶ ἐπιτάκτως* apponemus, ulteriorem inquisitionem cathedræ
- 1 reservantes. Vineam † vitrico in dotem datam, privignus, cujus est, rei vindicatione repetere poterit, nisi longi temporis obstet præscriptio. *l. 3. C. de præsc. long. temp.*
  - 2 Similiter & ille † qui alium in possessione vinearum suarum sine causa repererit. *l. 6. C. de adq. & ret. poss.* Vineam
  - 3 vendita † an vasa vinaria, torcularia &c. vendita censebuntur? *Neg. l. 17. pr. ff. de A. E. instrumenta* enim magis sunt, tamen si fundo partim cohæreant. *Non obst. l. 19. §. 2. ff. Loc. multo minus vinum, aut alii fructus percepti, §. 1. ea enim specialiter veneunt. §. 1. Pali quoque qui vineæ causa parati sunt, antequam collocentur, fundi non sunt, sed qui exempti sunt hac mente ut collocentur sunt fundi. §. fin.*
  - 4 *ibid.* Quid in legatis † obtineat paucis dicemus: Fundo legato seu vinea, dotes illius, *ἐνθήκαι* (*Vid. Cujac. ad Papin. b. t.*) sive accessiones & instrumenta, ut sunt stercora, stramina, boves aratorii, ligones, pedamenta, dolia, torcularia, quali vindemiatorii, exceptorii in quibus uvæ comportantur, fiscellæ, castellatæ, ungues ferrei, uvis defecandis ne manu discerptis in terram pereant acini, & alia ejus generis quæ ex Columella congeffit *Cæl. Rhod. loc. supr. alleg. legatario non præstabuntur. l. 2. §. 1. ff. de instr. vel instrum. leg.* At cum instrumento legato, omnino *l. 8. l. 12. pr. & §. 27. b.* Instructo vero, adhuc magis, ita ut etiam suppellex, vino quoq; & libri si quos ibi testator usus gratia habuit, contineantur. *§. 27. 28. 31. seqq.* quæ vero custodia

diæ